


EMBLEMA XLVII.

CONSILIA OCCULTANDA.



*Quis latet absconsus? Consus. Cur templa teguntur
Sylvis? Consulitur: Consiliumque parat.
Ardua tunc vobis, Reges, fælicia cedent,
Adsunt cum Consi, Consiliumque latet.*

COMMENTARIUS.

EX predictis igitur maneat, optimum illum & emendatissimum Principem censi debere, qui licet ea potestate fungatur, quam *Pambasileam* Aristoteles vocat, nihil illi detrahi putat, neque vim majestatis infringi, cuncta ad Senatum vocando, ut male olim Tiberius (a) apud Tacitum sensisse videtur, ratus non aliter Imperii rationem constare posse, quam si uni reddatur. Cum potius se suis incrementis majorem ostendat, si ipsum ad hoc sublimitas tanti Honoris inclinet, & juxta novissimi Aurelii Alexandri (b) monitum, præter alios, quos jam supradicti sciat, vix esse, ut probè suis partibus fungi possit, quamvis Reipublica gerendæ artificis consummatissimus sit, nisi sibi diligentissimos & anxiæ peritos rerum omnium Consiliarios asseciscat. Quibus ætas, prudenter, rectè acta vita, & constanter per multos annos administrata Respublica, rerum omnium summam cogitationem tribuerit, & in quibus viva Regis Corona, vivum Sceptrum repræsentetur, illisque Regii verticis ornata sublimitas, vivos Majestatis sue radios jaceat, Regnum temperet, & sicut spiritus sanguinem fert, ac animat, quo & caput, & omnina corporis membra, pro re ac tempore, suis quæque officiis perfungantur: ita Consiliariorum virtute, Rex Imperando, subditi obtemperando, convenient.

2 Ceterum quoniam satis non est, recta sanaque consilia exquirere, vel proferre, nisi quod in illis deliberatur, ad optatum finem perveniant, hocque nihil frequentius impeditre soleat, quam si nec dum executioni mandata, propalari contingat, merito nunc superioribus addendum censemus, neminem verum bonumque Consiliorium esse posse, qui non & Bonus sit Secretarius, hoc

(a) Tacit. i. Annal. vide Saaved. Empir. 57. pag. 473.

(b) Aurel. Alexand. in Axiom. Politic. cap. 11.

est, Consiliorum arcana, ita silentii claustris, & repagulis contegat, & obfirmet, ut Angeronomam sibi matrem, & Harpocratem patrem existimet (c):

Ast sua Sigalion Ægyptius oscula signet.

3 Sapè enim, ut Balasius (d) inquit: *Qui Regis consilia protulit, Regem detulit, & prodidit interdum.* Et maximo Valerio (e) docente: *Taciturnitas est optimum, atque tutissimum rerum administrandorum vinculum.* Et juxta aliam æquè veram Vegeti (f) sententiam: *Nulla (in rebus præsertim bellicis) sunt meliora consilia, quam que ignoraverit adversarius.* Quia hostium nota consilia, etiam prudentissima, sunt inutilia ut *Titus Libius* (g) animadvertisit, hinc inferens, exploratoribus, qui ea verè referunt, magna præmia dari debere (h). Et secundum Joanum Magnum, in Consiliis quærendis vigilancia opus est; in custodiendis, atque occultandis, taciturnitate, quam Consiliorum est quasi thesaurus. Frustra enim quæras, nisi inventa & cogitata silentio tuaris, ne ab inimicis præcipi, aut perverti possint. Et ideo in hac observatione eximiam curam adhibuisse leguntur Jason, Pyrrhus, Aratus, & Quintus Metellus Macedonicus. De quo Plinius (i), & Plutarchus (k) recensent, quod cum omnia proprio & subito consilio ageret: amico cuidam roganti, quidnam acturus esset? *Tunicam* (inquit) *meam exirem, si eam consilium meum scire existimarem.*

6 Cui similis, apud eamdem Plutarchum (l), Antigonus, Philippo filio, multis præsentibus percontanti, ac dicenti, quando castra movebimus? *Quid (inquit) num metuis, ne solus tubam non audias?* Notans adolescentis imperitum, qui hoc patrem, multis præsentibus, interrogaret, cum in bello celanda sint Principum consilia: & quoties castra movenda sunt, omnibus tuba det signum. Dion etiam (m) est Autor, Tiberium Cæsarem, cum aliquando apud eum quispiam percontaretur, quid causa esset, cur sua Consilia minime committeret iis, quibus tuto fidere poterat? respondit: *Aut nulli, aut paucis cognitum esse oportere Principis consilium.* Nec enim debent arcana, de quibus tam in bello, quam in toga consultur, aliis, quam ipsis Consultoribus, ceterisque, quos scire convenient, intoscere, ne videantur, ut *Tarentius* (n) alibi dixit:

*Fieri hec itidem ut in Comediis,
Omnia omnes ubi rescidunt; Hic, quos par fuerit rescidere
Sciant: quos non autem scire æquum est, neque resciscant, neque sciant.*

9 Quod quidem utilissimum documentum: iam olim satis Romanis innotuit, qui Festo Pompejo, & aliis testantibus (o), inter alia insignia militaria, Minotauro gestabant, quem Dedalus, ut fabulæ narrant, labyrinthi latebris, & ambagiis clausi, sic indicare volentes, non minus occulta Ducum Principumque consilia esse debere. Unde Alciatus (p) hoc Emblemata deduxit:

*Limine quod cæco, obscura & caligine monstrum
Gnoſiacis clausit Dedalus in latebris:
Depictum Romana phalanx in prælia gestat,
Semi viroque nitent signa superba bove:
Nosque moment, debere Ducum secreta latere
Consilia. Anteriori cognita techna nocet.*

10 Eisdem etiam Romanis Divæ Angeronæ simulacrum, ore obligato, obsignatoque, silentii symbolum erat, ut post Plinium (q), alii (r) passim Autores testantur, Licet alii Angeroniam dictam tradant, quod angorum, atque animorum solicitudines propitiata depellat: vel quod Pop. Romanus morbo, qui *Angina* dicitur, prævio voto, sit liberatus.

11 Eruditus quoque alter Hieroglificorum Scriptor (s) tradit, idem ipsum veteres significare voluisse, dum Plutonem pingebant galeatum, & Proserpinam rapientem: tum quod subterranea, quorum deus dicitur Pluto, lateant absconditæ sint: tum quia raptus clam fiant;

(a) Ausonius epist. 25. ad Paulin. vide Erasmus in his. Adag. pag. 677.

(b) Balasius de fidel. subd. cap. 9. pag. 65.

(c) Valer. lib. 2. cap. 2.

(d) Veget. de re milit. lib. 3. cap. 26. & lib. 2. cap. 7.

(e) Livius lib. 9.

(f) Latè de his & alijs Theat. vit. hum. lit. A pagin.

709.

(g) Plin. de viri illust. cap. 61.

(h) Plut. in Apoph. Rodig. lib. 13. cap. 4. lib. 13.

(i) Plut. in Apoph. Rodig. lib. 13. cap. 4. lib. 13.

(j) Pier. Valer. lib. 1. Hierogl.

(k) Macrob. 3. Saturn. cap. 9. Lips. antiqu. lect. cap.

1. Farnes. in Apoph. Polit. iii. 23. cap. 15. Erasm. in Adag.

Angerona os combat, pag. 677.

(l) Plut. in Apoph. Rodig. lib. 13. cap. 4. lib. 13.

(m) Dign. Cas. in Tiber. 200. audiobiblio sup.

(n) Terent. in Heira Act. 5. Scen. 4.

(o) Fest. orb. Vexilla Veget. lib. 3. cap. 6. num. 4.

Fracheta de rat. st. & bell. dist. 46. Ovid. 8. Met. & 2.

de Aris.

(p) Alciat. Emblem. 12.

(q) Plin. lib. 3. cap. 5.

(r) Macrob. 3. Saturn. cap. 9. Lips. antiqu. lect. cap.

tum denique, quod cum in capite consilii sedes esse putetur, galea illud tegens, apie consiliorum occultationem significet.

12 Achilles Bochius (*t*) symbolum aliud ad idem ostendendum sculpsit, Alexandri Magni effigie depicta, qui & annulo signatorio Hephestonis os clausit, sic illi silentium indicens, ne secretum literarum matris sua Olympia contra Antipatrum valde sibi dilectum, quas ei legere permisera, revelaret, cuius carmina apud ipsum legenda relinquo.

13 Jacobus à Bruck, ad significandum consilia jam hosti patentia, inutilia esse, & nova alia queri debere, Emblema confinxit ex igne domui jam admoto, & sursum flamas mittente, quem quis frusta occultare contendit, & his carminibus:

Ingen jam ardentem frustra occultare labores,

Lumine quem prodit fama corusca suo.

Frusta consilium exequaris Dux, quod patet hosti,

Hoc preme. Sed tanta calliditate novum.

14 Noster etiam sèpè laudatus D. Didacus Saavedra (*u*), ut idem ostendat, alvearium, quo sedulæ & operosæ apes solent mellificare, depingit, adjecto lemmate, *Nulli patet*, indeque deducens, non minus Principes consilia sua celare debere, quam apes mellis operationem, quam nemo haec tenus plenè cognitam habere potuit, etsi aliqui vitreis alveis, vel ut Plinius (*x*) ait; *Cornu laternæ trans lucido factis*, eam spectare contenderint.

15 Nos autem, in idem tendentes, hac, quam cernis, Templi in abdito positi, & densis ramis arborum obumbrati, pictura, utimur, ad antiquum nimirum Romanorum morem alludentes, qui cum nullam Rempublicam incolumem, orbataam publico consilio crederent, ut *Pacuvius Calabius apud Titum Livium* (*y*) edocuit; peculiarem Deum habebant, CONSUM appellatum, qui Consiliorum Deus putabatur. Cui Romæ Templum in ipso circa valde tectum constituerunt, & alibi in opacis, & densis lucis sylvisque compactum, eique Festa Equestris certaminis *Consualia* dicta, magna celebritate annis singulis peragebant, ut latè post alios Rosinus & Dempsterius (*z*) scribunt, hoc veluti ænigmatis denotantes, Consiliorum tractationem, & resolutionem, in secreto & abscondito, quoque executioni mandetur, esse debere; sive, ut ait Ludovicus Vives, D. Augustini (*a*) locum, de his Consi Aris agentem, exponens, quoniam Consilium, non sacra modo res est, quæ vel ex hoc, circa ingens piaculum violari revelariè non poterat; sed occulta quoque esse debet, ne alius suo fructu, atque effectu destitutatur.

16 Et ad hunc Deum respiciens, præter alias (*b*), Arnobius (*c*), & vanitatem Gentilium subsanans, qui de eo valde fidebant, ita inquit: *Salutaria & fida consilia nostris suggestit cogitationibus Consus: & in contrarios exitus cur assidue vertitur placitorum inopinata mutatio?*

17 Tertullianus (*d*) quoque, de eodem, illiusque in circa reconditis aris, sic ait: *Et nunc Ara Consu illi in Circo defossa est ad primas metas, sub terra, cum inscriptione hujusmodi, Consus Consilio. Et iterum (*e*): Consus, ut diximus, Deus, apud metas sub terra delitescit. Quibus in locis Pamelius, & Cerda latè & doctè, que istæ, metæ essent, declarant, & de eisdem Aris sub terra conditis, & quo tempore aperiri solent, & cur Equestribus certaminibus donarentur, ex Varrone, Halicarnaso, & Plutarcho satis ostendunt.*

18 Enim vero, non Romani tantum peculiarem, secretumque, vel Secretarium Deum, suis Consiliis prefectere, de quibus Valerius (*f*) etiam scripsit: *Fidam eis fuisse & altum Reipublicæ pectus Curia, silentiisque salubritate munitum, & vallatum undique. Cujus limen intrantes, abjecta privata caritate, publicam induabant; sed & Cartaginenses, eorum simul, pati modo Astartem suam deam, variis titulis ac nominibus cultam, inter alia Consilliarium appellabant, numen ei Minervæ quoque forsitan tribuentes, ut ex Apulejo & Appiano, Petrus Faber (*g*) animadvertis, latè se se in ejusdem deæ officiis diffundens.*

19 Nullaque fuit Natio, qua cum in omnibus secreta, præcipue ad commune bonum pertinencia, revelare, turpe graviterque puniendum censeretur, in Consiliariis & Senatoribus id ipsum turpius, graviorique supplicio dignus esse, non duxerit (*b*); unde vere Quintilius dicere potuit, non prodere secreta, primam fuisse sapientiam in primis illis mentium morumque Rectoribus. Ecce enim *Egyptii, Diodoro Siculo* (*i*) teste, acerba, sed utili lege sanxerunt,

(*t*) Achil. Boch. symb. 119. pag. 250.

(*u*) Saaved. Empir. 62. ex pag. 471.

(*x*) Plinius lib. 11. cap. 16. legendus ex cap. 5.

(*y*) Livius lib. 23. in princip.

(*z*) Rosin. & Demst. lib. 2. Theatr. vit. human. liter. E pag. 374. Herod. 2. serum jud. tit. 8. cap. 8. Mantua in Polym. cap. 11.

(*a*) D. Aug. de ciuit. Dc lib. 2. cap. 17. & ibi Ludov. Vives.

(*b*) Theat. lit. 5. pag. 477.

(*c*) Arnob. lib. 3. pag. mibi 143.

(*d*) Tertul. in lib. de Spect. cap. 5.

(*e*) Idem ibid. cap. 8.

(*f*) Valer. Max. lib. 2. cap. 2.

(*g*) Pet. Fab. 3. remest. cap. 2. pag. 25. & cap. 3.

(*b*) L. si quis 39. §. transfigue, D. de Pan. 1. cuius dolo,

ad leg. Jul. Majest. 1. quicumque, C. de op. pub.

(*i*) Diod. Sic. lib. 1. cap. 6.

iis abscondi linguam, qui Reipublicæ arcana, quæ testa esse oportet, alicui detexissent, aut belli Consilia hostibus indicarent: ne posthac lingue licentia Reipublicæ obessent.

20 Et apud Persas, ut Ammianus Marcellinus (*k*) commemorat, nemo Consiliorum conscient esse permittebatur, præter Optimates taciturnos, & fidos: apud quos silentii quoque numen in Regum arcanis celanis, ita colebatur, ut secundum Q. Curtium: *Non metus, non opes vocem eliciat, qua produntur occulta: vetus enim disciplina Regum, silentium vita pericolo sanxerat. Lingua gravius castigari, quæ ullum probum: nec magnam rem sustineri posse putant ab eo, cui tacere grave sit; quod homini facilimum natura esse voluerit; quod videtur convenire cum illo Horatii (*m*), dum inquit:*

*Fingere qui non visa potest, commissa tacere,
Qui nequit, hic niger est, hinc tu Romane, caveto.*

21 Areopagita quoque, ex quibus delectus Athenisnum Senatus constabat, cum in multis aliis excelluerint, quæ de eis copiose Isocrates (*n*) & Lucianus (*o*) scribunt. Ita hac silentii virtute emicuerunt, ut vel Proverbio causam dederint: *Areopagita taciturnior, vel subtilior. Quod ex Alciphrone, & aliis, Budeus, Erasmus, & Brassicanus (*p*) communiscuntur. Addentes, extare hodie apud Vespalios, reliquias hujus generis Judicum, qui vulgo Certi dicuntur. In quorum ordinem, qui admituntur, magna religione silentium promittunt, est enim ratio quedam deprehendi criminis, quam nullus præter illos Juratos intelligit.*

22 Serenissima etiam Venetorum Respublica, ita constanter, & prudenter eamdem legem servavit, & servat, ut licet plurima alia, ex quibus valde comedandi possit, obtineat, quæ latè, præter alios, Trajanus Boccalinus (*q*) recenset, in hoc tamen (ipso laudante, & admirante) resplendeat, quod cum ejus Senatus ducentis quinquaginta, aut etiam pluribus Senatoribus constet, numquam ab eorum aliquo, antiquis, & recentibus seculis, secretum earum rerum, quæ inibi tractantur, & resolvuntur, propalatum esse legamus.

23 Et multis aliis (*r*) relicti, quæ apud multos de ejusdem secreti commendatione, pœnisque revelantur, reperiuntur, peculiari observatione dignum videtur, quod Ægidius Bossius de Francisco Bellono Montiferratensi Senatore commemorat, inquiens, in urbe Cassallis capite plexum, ob id, quod sentiantur ultimi supplicii, qua reus quidam damnatus exiterat, ante ejus pronuntiationem manifestavit.

24 Neque Hispani Nostri Regni plures leges (*s*) omitti possunt, quæ variis temporibus posse, eamdem secreti observantiam in Senatoribus, Auditoribus, ceterisque Ministris Regis exposulant, eosdemque in officiis ingressu pecculiare jus jurandum super ea subire compellant, & transgressionem, eodem ac sordium, peculatus, repeundarumvè crimen, probari posse constituunt.

25 Sed quoniam de intimis Consiliariis sermonem habemus, eis illam celebrem Alfonsi Regis X. (*t*) intimari quoque debere censemus, quæ postquam multa de Consilio, & Consiliariis disseruit, hoc Nostri Emblematis Monitum his verbis comprehendit: *Quando algunos se quieran acostar á ellos por saber las poridades del Rei, que las sepan bien encerrar, é guardar, que las no descubran. Ca el que descubre poridad de otro en cosa que no debe, face mal en dos maneras. La una á sí mismo, porque se demuestra de poco seso, é por falso. E la otra, por el daño que puede venir á aquél á quien mestura. E si en todo mal Consejero ar esto; quanto mas en los Consejeros del Rei, que ban de consejar en las grandes cosas de que podría venir mu grand daño á toda su tierra, cuando mal lo consejasen, ó quando descubriesen su poridad. Onde en todas guisas ba menester, que el Rei aya buenos Consejeros, é sean sus amigos, ó enemigos de gran seso, é de gran poridad, &c.*

26 Quam legem, & similes, adeò utiles, & necessarias, in usum, & strictiorem observationem reducere volens Rex & Dominus Noster Piissimus, & Potentissimus, in decreto, cuius jam sèpè memini, illud, inter cetera, cavit: *Tambien os mando, que se tenga gran cuidado en el secreto, porque sin él no se puede governar como se debe. Y creo que ha avido poco cuidado en esto, y que se babla fuera de los Tribunales mas de lo que conviene.*

27 Etenim ut in Proverbii Salomon (*u*) ait: *Qui ambulat fraudulenter revelat arcana, qui au-*

(*k*) Morcellin. lib. 21.

(*l*) Q. Curt. lib. 5. cap. 19.

(*m*) Horat. satyr. 4. lib. 1.

(*n*) Isocrat. in Areop.

(*o*) Lucian. in Anacharsis.

(*p*) Budaeus Erasmus. & Brasicanus, in hoc Adag. pagin.

675. G 677.

(*q*) Boccalin. cent. 1. ragguag. 5.

(*r*) Simanc. de Repub. lib. 7. cap. 13. & 14. Decian.

(*s*) Proverb. cap. 12. 13.

Menoch. Farin. & alii apud Valenz. consil. 162. Ossor. de Reg. inst. lib. 8. Narb. in l. 82. tit. 5. lib. 2. Recop.

Menoc. cons. 107. per 101. & de arbit. cas. 537. Bobad. lib. 2. cap. 5. Mastrilli de Magistr. lib. 2. cap. 2. ex num. 116.

Cabrerios de metu pag. 421. Ego in Polit.

(*t*) L. 5. & 8. tit. 9. l. fin. tit. 13. part. 2. l. fin. tit.

19. part. 3. l. 5. tit. 4. l. 82. tit. 5. lib. 2. Recop.

(*u*) L. 5. tit. 9. part. 2.

(*v*) Proverb. cap. 12. 13.

²⁷² autem fidelis est animi, cetera amici consilia. Quæ juxta Isocratis (^x) documentum, non minus fideliter custodiri debent, quam pecunia deposita, & veluti in arca reponi. Unde & Arcant nomen, pro quolibet secreto, quod custodiri & occultari debet à Græcis & Latinis dictum videri potest. Et apud Hebreos (quod ad rem nostram magis conducit) cadem voce, ut Pineda (^y) noster animadvertisit: *Secretum, aut arcana, qua Consilium, aut Concilium significatur, quod in Consiliis arcana tractentur, & consilia non nisi secreto, summaque prudentia, & fideliitate capi, & iniri debeant.* In idemque tendit illud Livii de Nabide Lacedemoniorum Tyranno verba facientis, a Jano Gruter (^z) laudatum, & explicatum: *Arcana Regum ipsi produnt Satellites; Quod non de Regiis custodibus, sed de Regiis Consiliariis accipendum esse, ipse idem Gruterus pluribus probat.*

²⁸ Ut vel hinc dicant, qui *Consiliarii* vocantur, quanta eos tacendi, observandique secreti necessitas maneat, eum ipsum nomen hanc ipsis obligationem imponat, & quem parem, aut certè majorem, iis, qui in eisdem Consiliis adsistunt, & *Secretarii* eadem ratione vocantur. Validum quippe est, atque efficax argumentum, quod ab etymologia vocabuli sumitur (^a), & quemadmodum qui Reipublica non consulti, non erit Consul, ita qui Consilii secreta non servat, se *Consiliarii*, vel *Secretarii*, & nomine, & munere indignum efficiet.

²⁹ Quod omnibus retro seculis tanti habitum fuit, ut in sacra Pagina (^b), inter primos exoptimatibus, qui Davidi, & Salomoni adsidebant, eorum Notarii, sive *Secretarii* connumerentur, & apud Titum Livium legamus Persenæ Regis scribam cum ipso adsedisse, parique ferrè ornata multa egisse, unde, hoc errore deceptus Scævola, illum pro Rege obruncauit.

³⁰ Quod, & varia nomina, & honores, quibus donari ornarique solebant intimi Regum Cancellarii, Notarii, sive *Secretarii*, aliaque, que ad eorum officium, & dignitatem spectant, quoniam docte à Cujacio (^c), Zasio (^d), Pancirolo (^e), Cassaneo (^f), Lauglæo (^g), & aliis (^h) tractata sunt, illud nunc dumtaxat adjiciam, hac omnia, ex hac, de qua agimus, Consiliorum secretorumque Imperialium, vel Regalium communicatione, ac fidei observatione promanassem, quod semper maximi habitum fuit.

³¹ Unde Theodosius Rex apud Cassiodorum (ⁱ), agens de ejusdem Cassiodori progenitoribus, qui apud Valentinianum Imperatorem Tribuni, & Notarii laudabiliter gesserant dignitatem: *Honor (inquit) qui tunc dabatur egregiis: dum ad Imperiale secretum tales constet eligi, in quibus reprehensionis vitium neguat inveniri.*

³² Et alibi (^k) latius, formulam Notariorum scribens, sic habet: *Non est dubium ornare subiectos Principis secretum, dum nullis estimantur necessaria posse committi, nisi qui fuerint fide magna solidati. Publicum est; quidem omne quod agimus: sed multa non sunt ante scienda, nisi cum fuerint, Deo auxiliante, perfecta. Quæ tanto plus debent oculi, quanto amplius desiderantur agnosci. Regis Constitutus solos decet scire gravissimos, luitari debent armaria, quæ continent monumenta chartarum, ut quando ab ipsis aliqui instruatio queritur, tunc loquantur. Totum autem dissimulare debent, quasi nesciant scientes: Nam solicitis inquisitoribus sœpè & vulta proditur, quod tacetur. Adsit innocentia, quæ cuncta commendat, quia in placida mente Regia decenter debent verba reponi.*

³³ Hactenus Cassiodorus, cuius verba cum *Secretarii* loquentia, ad Consiliarios quoque, & reliquos, quibus Principes sua secreta committunt, referri possunt, qui scire, ut diximus, debent, ne mutu quidem ea esse vulganda, & quæ ne ipsi, de quibus tantum fidit, intra sui pectoris claustra obserare continereque potuerunt, longè minus ab aliis, quibus ea quolibet modo communicaverint, continenda occulendavæ esse. Nam etsi cum Tacito (^l) fatear, in nostra potestate esse tacere, Aristotele tamen doceat compertio, paucos esse, qui valeant lingue sue semper frænum injicere, & vel timori, vel amori, naturali levitati, aut facilitati, aliis vè affectibus hac in parte aliiquid non indulgent.

³⁴ Unde summus ille Philosophus apud Laëtum (^m), rogatus, quid in vita foret difficilimum? Respondit: *Tacere non dicenda.* Iterumque rogatus a quodam, quis arcana seruonem continere posset? Respondit: *Qui carbonem quoque ignitum lingua retinere potest.* Et Philip-

(x) Isocrat. ad *Demonic.*

(y) Pineda in *Job.* cap. 15. vers. 8. num. 3. pag. 699.

(z) Gruter. in *Florileg.* 2. cap. pag. 248.

(a) L. 2. S. appellata, D. si cert. pet. cum aliis ap.

Velasco. in *axiom. jur.* lit. A. num. 421.

(b) Reg. 1. 7. & 2. 8.

(c) Cujac. in *Parat.* cap. de *Primic.* & *Notar.* lib. 12.

(d) Zas. in l. 2. de orig. jur.

(e) Pancir. in *not. vir.* *Imper.* lib. 1. cap. 2.

(f) Cassan. in *Catalon.* 4. pars. consid. 29.

(g) Langæus lib. 7. cap. 14. & 19.

(h) Gregor. Lop. in l. 7. tit. 9. part. 2. & alli plures Mostrill. de *Magist.* lib. 5. 12. Pedraza in *tractat. del Secretario del Rey.* Saaved. Emp. 56. ex pag. 408.

(i) Cassiod. lib. 1. ep. 4.

(k) Idem lib. 6. for. 16.

(l) Tacit. in *Agriol.*

(m) Laert. lib. 1. cap. 1. Max. Tyr. serm. 20. Anton. in Melis. part. 1. fer. 73.

lippides Atheniensis, Plutarcho (ⁿ) narrante, cum Lysimacho Regi ob virtutem charus, ac per quam familiaris esset, aum ei Rex dixisset, Numquid rerum suarum expeteret? Incunctanter respondit: *Solum, ò Rex, ne arcana tuorum quicquam mibi crædas.*

³⁵ Euripides etiam, vel ut alii (secundum (^o) Erasmus) Demosthenes, hanc arcana observationem, non sibi parum gloriosam ostendit, cum cuidam grave olentiamoris opprobranti, responderit: *Multa nimur in illo occulta computruerunt, significans, se posse arcana continere; solent enim res in occulto congestæ computrescere.*

³⁶ Sed præstat elegantissima Petroni (^p) carmina, non valde alii nota subtexere, qui sub fabula Midæ, de qua plenus egit Ovidius (^q), hanc continendi secreti difficultatem, & damna, quæ in palatiis Regum ex ejus solent propalatione contingere, sic peritissime, ac penitissime decantavit:

Nam citius flammæ mortales ore tenebunt,
Quam secreta tegant: quicquid dimittis in aula;
Effluat, & subitis rumoribus oppida pulsat.
Nec satis est vulgasse fidem: simulatus exit
Proditoris opus, famanque onerare laborat.
Sic omisso ferens avidus reserare Minister,
Fodit humum, Regisque latentes prodidit aures:
Excepit nam terra sonos, calamique loquentes
Ircnere Midam, qualem narraverat index:

³⁷ Eamdem in continua lingua difficultatem, pluribus ostendit Antonius à Burgundia (^r), in doctis suis de lingua vitiis Emblematis, inter quæ primum & secundum depicta torquilla, & anguila, quæ laqueos pescantis effugit, sic habent:

Torquillam anguinea linguosam cuspide, nullus
Haecenus edomuit aucupis astus, avem:
Altera Torquilla soror, Echus filia, lingua est:
Hanc quoque, vel studio nemo, vel arte domat:
Erupnit manibus, erupit lubrica vinclis
Anguilla, & Davi facta magistra, fugit.
Quid tibi cum Davo? tua ride. Te tua lingua
Dentibus, & labris, & prece vineta, fugit.

³⁸ Quod maximè in illis contingere solet, qui nimis uxori, sive suis uxoribus dediti, iliarum illecebris deliniti, magno suo, & Reipublicæ malo, eisdem arcana revelant, ut Maximus fecisse apud Tacitum (^s) legitur, cum tamen à Michea (^t) Propheta discere possint: Ab ea quæ dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui; à Marco Catone, pœnitentiam, si unquam secretum aliquod mulieri credidisset. A pretextato pueri artem, & thecnas quibus in ejusmodi casibus illas fallere valeant.

³⁹ Cui casu, alium lepidiorem quem Plutarchus (^u) recenset; adnecterem; nisi prolixitatem vererer, & ad cognoscendam mulierum loquacitatem & garrulitatem, ultra innumera alia, quæ Tiraquellus (^v) copiose congessit, illud Plauti sufficiat, dum Eunomiam Megadori sororem, sic loquentem inducit:

Quangam haud falsa sum, nos odiosas haberis:
Nam multum loquaces omnes meritò habemur;
Nec mutam profecto repertam ullam esse
Hodie dicitur mulierem ullo seculo:

(n) Plut. in *Lysim.*

(o) Erasm. lib. 8. Apoph.

(p) Petron. Arbit. in *Epigram.*

(q) Ovid. lib. 11. Met.

(r) Burg. in lib. de vitiis lingua, Emb. 1. & 2.

(s) Tacit. lib. 1. Ann. vide Saaved. Emp. 62. pag. 472.

(t) Mich. 7. 5.

(u) Plut. in lib. de Garrulit.

(v) Tiraq. in l. 9. conu. ex num. 33.

EMBLEMA XLVIII.

CASURA NISI INVICEM OBSTARENT.



*Aspice ut adverso firmetur marmore fornix;
Concilietque unus concamerata lapis.
Saxosam cobibet molem concordia discors,
Et Clavi immensum comprimit absi onus.
Sint plures sensus, modo dirigat una voluntas,
Et Regni moles firmior absis erit.*

COMMENTARIUS.

Verum enim verò, quoniam de Consiliis, & Consiliariis agere cœpimus, è re erit, ut aliqua circa illam quæsiōtem subdamus, an magis expediens Regi & Republicæ, cui deserviunt, & consulunt, esse possit, ipsos inter se diversis, aut interdum contrariis opinionibus & rationibus in sententiis suffragisque ferebant dissidire, aut in unum, sine aliquo discrimine, facile convenire?

2 In qua quidem, si Bodinum (*a*) consulimus, parum dubitationis habebit, cum hic (qua solet temeritate) status rationem Christianæ Religionis regulis præferens, non solum in judiciis, verùm & in animis, intimisque præcordiis, Régum Consiliarios sibi invicem ænulos, & oppositos esse velit, idque vel ab ipsis Regibus cutandum suadeat, ut hoc pacto alii aliorum delationem timentes, nihil audeant moliri, vel machinari, quod eorum saluti, auctoritatí, vel utiliti possit esse contrarium. Quo & tendit similis disputatio Nicolai Bernegeri (*b*): *Num sit è Republica, factionibus, & discordiis intestinis subditos agitare?*

3 Ceterum hac opinio, quæ futilibus quibusdam rationibus, & exemplis innitetur, satis aliis verioribus, & solidioribus ab Aristotele, D. Thoma, Philippo Cominæo, & aliis, petitis, a nostro eloquentissimo M. Marquez (*c*) convincitur, & exploditur, & novissimè, è non relato, non minori studio, à D. Didaco Saavedra (*d*) damnatur. Estque Aristotelis (*e*) præcepto omnino contraria: *Nobilitum contentiones, & partes, etiam legibus prohibere conari; & Mæcenatis, qui, ut memorat Dio (*f*), Augusto consuluit: Optimum verò inimicitias omnes, & ambitiosa certamina prossus excindere; atque adè nec nomina nova, aut aliquid ex quo oriri discordia possit illis permittere.*

(*a*) Bodin. lib. 4. de Republ. cap. 5.

(*b*) Berneger. in q. 122. ad Tacit. de moribus German.

(*c*) Marquez. in Gubernat. Christ. lib. 2. cap. 27. pag. 171. & seqq. vide Lips. 6. Polit. cap. 3. & Junium

quest. Polit. 25.

(*d*) Saaved. Empres. 89. pag. 663.

(*e*) Arist. 5. polit. cap. 8.

(*f*) Dio lib. 52.

Et

Modo in Consiliis præstandis servando.

4 Et quod Nos nunc in quæsiōtem, vocamus non quidem ad animorum, sed ad judiciorum dissensionem dirigitur. Quæ tantum abest, ut in Consiliariorum Senatorum vè certibus possit esse damnosa, quod potius, sicut in ceteris omnibus, (ut alias Plinius Junior (*g*) scripsit) universitatem varietas ipsa (*h*) commendent.

5 Et ut in humano corpore, ex multis membris sibi invicem coherentibus, fit perfectum corpus, & in melodis, ex tono, & semitone, multisque aliis consonantiis, constat Armonia, sive quædam essentia, qua est integritas ex propriis suis partibus bene constans, ut alibi Baldus, (*i*) agens de probationibus, magistraliter docuit, ita hominum in opinando, & circa eamdem rem disserendo, ac deliberando diversitas, ipsam naturam humanam non viviat, neque corruptit, quin verius ornat, ac fulcit, & nativis veluti coloribus exprimit: cum in ea, vel nostris Jure-Consultis agnoscentibus & testantibus (*k*), communitalis sit hominum ad dissentendum facilitas, & ut cum Persio (*l*) loquar:

*Mille hominum species, & rerum discolor usus,
Velle suum cuique est: nec voto vicitur uno.*

6 Quod & Terentianum (*m*) illud veri verbum, jam in Adagium (*n*) translatum spectat: *Quot homines, tot sententiae, suus cuique mos; cum è tribus advocatis, quos demiphō consulebat, primum ajentem, secundum negantem judicat, & tertium tempus ad deliberandum petentem.*

7 Et elegantissimè Cicero (*o*): bene considerans, hanc varietatem judiciorum, corporis dissimilitudinibus respondere, rarus est enim, qui alterius referat faciem, vel vocis sonum, addo & inscribendo eamdem formam obtineat, licet hæc omnia eidem membris, & instrumentis content ac peragantur: Cujus verba sunt hæc: *ut in corporibus magnæ dissimilitudines sunt, alios enim videmus velocitatem ad cursum, alios viribus ad luctandum valere: itemque in formis, alios dignitatem inesse, alios venustatem: sic in animis existunt etiam majores varietates.*

8 Cui consonans Polybius (*p*) ait: *Usque adè natura hominum non solum corpora, verè etiam animos fixit. Et multum ad rem, de qua agimus Plinius Junior (*q*), sic inquietus: Varia sunt hominum judicia, varia voluntates: inde quæ eamdem causam simul audierunt, sæpè diversum, interdum idem, sed ex diversi animi motibus, sentiunt.*

9 Neque aliud sensit Horatius (*r*), dum non minori veritate, quam gravitate, sub decentissima hac allegoria scriptum reliquit:

*Denique non omnes eadem mirantur amantque;
Carmine tu gaudes: hic delectatur Tambis,
Ille Bioneis sermoibus, & sale nigro.
Tres mibi corrive prope dissentire videntur,
Poscentes vario multum diversa palato.
Quid dem: quid non dem: reunis tu, quid jubet alter,
Quod petis, id sanè est in visum acciduumque duobus.*

10 Idem quoque Horatius (*s*) primam omnium Odam hujus argumento sententia conscripsit: *Aliis studiis alios duci. Aliis alia cordi esse. Hucque etiam allusisse videtur Divus Paulus Apostolus (*t*), cum admonet ut ad precludendam æmulationem, sinamus unumquemque suo sensu abundare; & Joannes Sambucus (*u*) vel ad mortuos, sub lepida quadam anus Fabela, hoc ipsum in Emblemate quodam extendit, cuius hæc sunt carmina.*

*Quædam anus in sacrum protabat crania collem,
Ossibus humanis ne minuatur bonos.
Sed titubans ægris pedibus, cum verticem adiret,
Concidit, ac varium crania versat iter:
Illa videns labidi versè cuncta retrorsum,
Quodque adè discors semita ferret onus.
Quod mirum si tot sensus, quot in orbe figure
Sunt, ait, in vivis? num ossibus nota via est?*

Mm 2

Qua-

(*g*) Plin. Jun. lib. 2. epist. 5.

(*h*) L. rerum mixta, D. de urucap.

(*i*) Bald. in cap. cùm causam, ante n. 1. de probat. Pa-

cian. ed. tract. lib. 1. cap. 14. n. 5. & 6.

(*k*) L. item ti unus 19. 6. principaliiter, D. de arbit. 1.

quia poterat 4. D. ad Trebell.

(*l*) Pers. satyr. 5.

(*m*) Terent. in Phorm. AB. 2. Scen. 3.

(*n*) Erasm. in hoc Adag. pag. mibi 31.

(*o*) Cicer. 1. offsc.

(*p*) Polybius.

(*q*) Plin. Jun. lib. 1. epist. 20.

(*r*) Horat. lib. 2. epist. 2. ad Florum.

(*s*) Idem lib. 1. carm. Od. 1.

(*t*) D. Paul. ad Rom. 14. 15.

(*u*) Sambuc. in Emblem. pag. mibi 63.

11 Quapropter Cestius Orator apud Senecam (x) cum ei cliens quidam omnia in sermone concederet, ille jam longa assentatione fastidiatus: *Dic (ait) contra, ut duo esse videamur.* Et ide niterum (y) docuit: *Totam hujus mundi concordiam ex discordibus constare. Non vides quām contraria inter se elementa sint?* Gravia & levia sunt, frigida, & catida, humida, & secca.

12 Et alibi (z), ut ostendat hanc contrarietatem Reipublicæ non efficere, sed potius vel ea ipsa fulciri, & in debito contineri, eleganti comparatione uitur, operis fornicati, cuius structuram diversi, simulque adversi, lapides firmant, & que, si in unum tenderent, pessum iret, quia sibi obstant invicem, sustentatur, verba ejus hæc sunt: *evitas nostra lapidum fornicationi similius est, que casura nisi invicem obstarent, hoc ipso continetur.*

13 Ex quo loco, & picturam, & lemma præsentis Emblematis (ut ex eo apparet) deduximus. Nam licet haec similitudo possit etiam Regibus & Regnis aptari, quorum æmulatione solet sèpè Deus libertatis subditorum consulere, vel ne ad externa bella properent, impedit, ut Nicephorus Callistus insinuat, cuius verba, & aliqua exempla in idem tendentia, Noster Saavedra (a) recenset, & concinunt alia Cominai (b), docentis, & diffusè probantis: *In rebus humanis ita comparatum esse, ut nullus ferè sit populus, cui non æmulum, & adversarium aliquem Deus excitarit.* Et vulgatum illud Politicorum Adagium latè a Martino Magero (c) exornatum: *Mutuus metus facit societatem fidem: proprius tamen dissentientibus judicis, de quibus loquimur, convenit, quorum varietas, & contrarietas Rempublicam sustinet, efficitque, ut qui illis imperat Principes, & Gubernatores, auditis expensisque rationibus ad partes adductis, quamvis ipsi ex se se valde ingenio non præstent, quid melius, quid utilius, & rei gerenda aptius, cognoscere queant.*

14 Certissimum quippè judicium ex collatione nascitur, & ut est in Adagio (d): *Purpura justa purpuram dijudicanda est; quodque perorante aliquo, probandum, ac secundum videri potuit, sèpè evanescit, & moritur, (ut in simili Quintilianus (e) scripsit) Comparatione sequentis meliorisque orationis, ut lana tintita fuco, citra purpas placet, at si contuleris, etiam lucerna conspectu melioris obruitur.*

15 Unde Homerus, cuius suprà (f) jam memini, Nestorem inducit, Agamemnoni suadentem:

Audire multos, & dicere multa,
Et que sunt meliora sequi.

Et Artabanus apud Herodotum (g) sic Xerxes alloquitur: *Rex, nisi diverse inter se sententiae dicantur, non potest quis eligere meliorem, sed ne casset habet ea, que dicta est, uti: At cum plures dictæ sunt, licet tamquam aurum purum diligere, quod per se discerni cum nequeat, comparatum cum altero discerni potest.*

16 Apollonius quoque Thianæus, referente Philostrato (h), in ejusmodi discordia, concordiam ad salutem civitatis valde conducedunt, his verbis constituit, atque commendat: *Album quidem & nigrum unum fieri idem numquam possunt, neque amarum dulci rectè commiscetur. Concordia verò, quandoque dissentiens, salutem civitatis afferit. Quod autem dico, tale quid est. Seditio, que ad gladios mutuasè plagas cives dedit, à Civitatibus exterminanda penitus est, civitas enim pace, puerorum alumna, & viris indigit, à quibus & verba & actiones prodeunt. Mutua autem Civium æmulatio, pro communi civitatis bono, seu quod altius alio melius sententiam dicat, aut Magistratum rectius gerat, aut præclarius legatione fungatur, aut etiam splendidiora construat aedificia, aut in aliquo hujusmodi excellat, talis inquam contentio, aut æmulatio, civitati plurimum confert, licet inter se cives pro communi bono faciat dissidere. Idem docuit Isocrates (i) inquietus: Qui fieri potest, ut ulli vel de præteritis rectè judicent, vel de futuris prudenter deliberent, nisi contrarias inter se rationes conferant, & æquos utrisque auditores se præbeant?*

18 In quo tamen, ea, inter Consiliarios, ceterosque qui in similibus cœtibus, ac negotiis suffragantur, cautio observanda est, ut licet in sententiis differant, animo tamen & voluntate cohærent: nam quamvis secundum Ciceronem (k): *Vetus illa ex lex justitia, veræque amicitia, ut idem amici semper velint, neque sit nullum certius amitii vinculum, quām consensus, & societas Consiliorum.* Hoc tamen, ubi de privatis ipsorum rebus agitur, intelligi debet, ubi vero Reipublica talus, vel quid aliud, quod ejus gubernationem, rectamvè justitiae administracionem concernat, in questionem, ac consilium deducitur, sentiendi opinandique diversitas, & libertas, etiam inter amicos permissa est, cum hæc voluntati nihil officiat, vel adversetur, que

(x) Senec. in declamatione.

(y) Idem lib. 7. natur. quæst. cap. 27.

(z) Idem epist. 97.

(a) Saaved. Emp. 95. & pag. 698.

(b) Comin. lib. 10. pag. mibi 698.

(c) Mager. de advoc. armat.

(d) Erasm. in hoc Adag. pag. 430. vide Saaved. Em-

pl. 16. ex pag. 103.

(e) Quintil. lib. 12. inst. orat.

(f) Sup. Emblem. 45.

(g) Herod. lib. 7.

(h) Philost. lib. 4. cap. 2.

(i) Ifocrat. in annotatione de pace.

(k) Cicer. in orat. pro Gn. Plancio.

potius in omnibus eadem est, cum in eundem finem, hoc est commune bonum, tendat & dirigitur, licet in mediis variare contingat.

19 Quod ipse idem Cicero (l) de se aperte testatur, ubi in Senatu à sententiis Quinti Fussi Caleni sibi amicissimi desidere solebat: *Amicitiam (inquietus) non minuebat perpetua dissensio, & magis cum causa, quām cum bomine dissidebam.* Idemque, alio (m) loco, sibi cum Julio Caesaris contigisse commemorat, his verbis: *Poste à quām sum penitus in Rempublicam ingressus. ita dissensi ab illo, ut in disjunctione sententiarum, conjuncti tamen amicitia maneremus.* Quod etiam inter Lucium Lentulum, & Marcum Catonem sape accidisse in Tusculanis (n) enarrat: *Nulla tamen usquam inter eos visa concertatione.*

20 Et Cornelius Tacitus (o) idem de Marco Apro testatur, concludens: *Hanc esse ejusmodi sermonum legem judicium amiti citra damnum affectus preferre.* Et de Vitellio ab Helvidio dissentiente, inquietus (p): *Nihil novi accidisse quod duo Senatores in Rēpublica dissentient, solitum se etiam; Trasseæ contradicere.* Plutarchus (q) quoque eidem sententia adhaerens, Senatus Principem monet: *Ut si qui ex suis Consiliariis alicubi dissonare, ac discrepare videntur, vos amicè & placide, velut musicum admodum, atque concinnitatem reducere curet: non iracunde, duriter, atque percontumeliam adoriri.* Quibus locis, & exemplis, plura alia Catonis, Phocionis, Solonis, Pisistrati, Tiberii Granchi, Octavii Tribuni, & universæ Academicorum sectæ, que hanc in sentiendo libertatem profitebatur, ad nauseam usque Janus Lan gelejus (r) concessit.

21 Nobis satis sit, prædicta ad nostri Emblematis explicationem, & comprobationem tegitisse. Simul tamen cum Plinio Juniore, & Sidonio Appollinari (s), eos Consiliarios notantes, qui nisi quod ipsi dicunt, ac probant, nihil rectum putant, eaque philautia ducuntur, ut Narcissus imitantes, merito vulgari Alciati (t) Emblematem comprehendi videantur:

Quod nimium tua forma tibi Narcisse p'acebat,

In florem, & noti est versa stupris olis.

Ingenit est marcor cladesque Philautia, doctos

Que pessum plures datque deditique viros.

Qui veterum abjecta metibido, nova dogmata querunt,

Nilque suas præter tradere phantasias.

22 Quibus pejores adhuc sunt, qui dum alios infensi, vel emuli existunt, ob hanc solam causam à rectis eorum suffragiis desciscunt, & ne illorum extimationem augent, etiam cum proprie periculo simulationem affectant, ut Agesilaus apud Plutarchum (u), cum Lysandri sententiis se habere solebat, & de Drance, turno infenso, canit Poeta (x):

Tunc Drances idem infensus, quem gloria Turni,

Obiqua incidia, stimulisque agitabat anaris,

Surgit, & his onerat dictis, atque agger at iras.

Et de Cæsario Peto Cornelius Tacitus (y), qui *Ne alienæ sententiae indigere videretur, in adversa, & deteriora transibit;* & melius alibi (z) de Lacone loquens, qui erat Consilius; quam vis egregii, quod non ipse afferret, inimicus, & adversus peritos pericax.

23 Cum tamen ii, qui vero & candido Reipublicæ juvandæ, suique muneri benè fungendi zelo ducentur, putare debeant, sibi non minorem laudem in probandis secundisque rectis aliorum sententiis manere, quām in suis proferendis, si melioribus solidioribusque rationibus innitantur, ut graviter dixit Herodotus (a) sub persona Artabani, his verbis: *Apud me Rex, tantumdem valet bene sentirè perse, & alteri bonam diventis sententiam accedere.* Quod & Cicero (b) de se, & universa Academicorum schola scriptum reliquit, & Horatius (c), qui ejusdem sectæ fuisse videtur, sic inquietus:

Quid verum, atque decens curro & rogo, & omnis in hoc sum.

Ac ne forte roges, quo me duce, quo lare tater?

Nullius addictus jurare in berba magistri,

Quo me cunque rapit tempestas, deferor hospes.

(l) Cic. Phil. 10. & 11.

(m) Idem Cicer. in orat. de provin. Consul.

(n) Idem 3. Tusc.

(o) Tacit. in Dial. de Oratoriis.

(p) Idem 2. hist. cap. 91.

(q) Plutarc. in Polit.

(r) Lauglei lib. 7. serm. cap. 6. Junius d. q. polit. 65.

(s) Plin. lib. 1. epist. 20. & Sidon. in epist.

(t) Alciat. Emb. 69.

(u) Plutar. in Lysand.

(x) Virg. Æneid. 11.

(y) Tacit. 15. Annal.

(z) Idem lib. 1. histor. cap. 26.

(a) Herod. lib. 7.

24 Planè etenim , ut demissi animi pravique seu parvi judicij semper habitum fuit , aliorum suffragiis , vel ob ignorantiam , vel ob timorem , aut adulationem , oculis (quod ajunt) clausis , hærere , eosque Senatores , qui se ita geregant , Antiqui , ut Festus (d) , & alii (e) tradunt , Pedarios Agipedesvē vocabant , ad quos Laberianus (f) ille Minus spectat ,

Caput sine lingua , Pedaria sententia est .

25 Ita quoque nobilis & ingenui , veras solidasque rerum , quas in Consilium vocari contigerit , sententias , & deliberationes etiam ab aliis prolatas , laudare , & amplecti , & ubi res poterit , communire : Nam (ut recte Sidonius Apollinaris (g) scripsit) satis eminent ingenii propositer communire : Nam (ut recte Sidonius Apollinaris (g) scripsit) satis eminent ingenii propriae meritis qui fuerit fautor alieni . Magnumque hoc est , & literarum viro convenientissimum , prius studiis ipse maximis polles , ea in aliis etiam minima complecti , ex quo ipso cum latissima tibi gloria reponderatur .

26 Quò Nostri Hispani Regni leges (b) spectant , quæ tantum abest , ut priorum rectas sententias sequi , iis qui post illos suam dicturi sunt , virtus vel probo vertant , ut potius sumopere laudent , jubeantque : *Que si les pareciere bien lo dicho , se llegen à ello ; y si quisieren alegar de nuevo algunas razones ; las puedan decir , sin repetir los unos las razones y motivos que los otros hubieren dicho .* Hocque ad utilitatem publicam pertinere , bene advertit Laurentius Grimaldus (i) , sic inquiens : *Utile est Reipublice in sapientiam & proborum Senatorum sententias pedibus ire : contingit enim ut omnium idem sit sensus , eademque de re aliqua voluntas ; loquacitatis fugiende causa , melius est adherere aliis , quād sexquipadalibus verbis diem conterere .* Noster etiam Septimacensis (k) Episcopus , ea ferè omnia , qua hucusque diximus , veluti in Epilogum congerens : *Non debent (inquit) judges pertinacibus argumentis adversus collegas contendere , neque disputare nimium . Nihil tamen prohibet contrarias diversasque sententias dicere , ac leni disputatione comiter modestaque veritatem inquirere .* Et Castellus de Bobadilla (l) , vel indecurionibus Civitatum , sermonis prolixitatem , & repetitionem eorum , quæ jam ab aliis expensa fuerint , meritò notat , addens , melius prudentiusque esse , ut in eorum sententias pedibus transeat , nec tempus vanis istis repetitionibus terant .

28 Quod item vitium , in omnium judicium consesibus valde nocivum esse , & causarum , quæ in eisdem expediri debent , retardativum , Jacobus Rebuffus (m) his , relatu dignis , verbis ostendit , & damnat . Ergo citè à judicibus decidi poterit , nisi reperirentur quidam inflati judices , qui suas opiniones protraherent ad montem ventosum , ut ibi videantur docti in gloria , quibus debent Capita resistere : nam plures causæ deciderentur , si brevi quilibet suam exprimeret sententiam : vel si omnes sequantur relatoris sententiam , quid omnes sic acquiescerent ; si vero alterius sententiae essent , quod illi contradicerent , & posteà Præses hoc conciliaret .

29 Neque enim Sapientia in multiloquio consistit , cum potius juxta Xisti Philosophi (n) sententiam : *Brebis sit in sermonibus sapiens , indicium imperitiae sit longa narratio ; & ab Ecclesiaste (o) doceamus , quod Stultus verba multiplicat .*

30 Unde Hispanum nomen , Loco , quasi Loquax , à loquacitate nimia absque dubio mihi dictum videtur , quicquid Covarruvias (p) haeret , & alias etymologias cominiscatur . Et tales orationes in Æmiliano carpit Apulejus (q) quæ *Rebus flacent , strepitu vigent* ; & in Setapione Seneca (r) , inquiens , solitum esse magno cursu verba convolvere , quæ non effunderet , sed premeret , & urget : plura etiam statim subiungens , quibus Multiloquium cum stultitia , & quadam perfida frontis impudentia conjungit ; ad quod etiam tendit argutum illud Nicostrati (s) :

*Si continuo , & multa , celeriterque loqui ,
Signum esset prudentiae , tum birundines
Dicerentur multò sapientiores nobis .*

31 Et hac propter , Petro Gregorio (t) , & Joanne Brantio (u) , post Ciceronem (x) , testantibus , tria hæc jussa Romano Senatori præcipue indicta fuisse leguntur : *Ut adsit , ut loco dicat , ut modò dicat , id est , ne sit infinitus : nam brevitas non modò Senatoris , sed etiam*

Ora-

(b) Cic. lib. de finib. & in Proem. 2. & 4. Tuscul.

fol. 308.

(n) Xistus Philosop.

(c) Horat. lib. 1. epist. 1.

(o) Eccles. cap. 10. v. 14.

(d) Festus verb. Pedarium.

(p) D. Seb. Covarr. in Thesaur. Ling. Hisp. verb. Loco.

(e) Agel. lib. 3. cap. 18. Rosin. lib. 7. cap. 5. Funger.

(q) Apulei. Apolog. 1.

in Etym. verb. Pedaris.

(r) Senec. epist. 49.

(f) Laber. in Mimus.

(s) Nicostratus.

(g) Sidon. lib. 5. ep. 1.

(t) Cic. 3. de legib.

(h) L. 18. & 33. tit. 2. lib. 2. Recop.

(u) Pet. Gregor. synecm. juris 3. part. lib. 47. cap. 25.

(i) Grim. de opt. Senat.

(v) num. 15.

(k) Septimac. de Rep. lib. 7. cap. 12.

(w) Brant. in Senat. lib. 2. cap. 17.

(l) Bobad. lib. 3. Polit. cap. 7. num. 40.

(x) num. 80.

Oratoris magna laus est in sententia : illaque oratio utilissima censemur , qua non solùm quod opus est dicitur , sed etiam quod non opus est , non dicitur . Nam ut in Proverbiis (y) habetur : *Ubi verba sunt plurima , ibi frequenter egestas .* Quod Justus Lipsius (z) his verbis explicuit : *Ut corpore tenues , ueste sedi latant ; sic qui ingenii , aut sapientiae inopes , diffundunt se in verbis .* Et noster Pineda (a) his : *Itaque inania sapientiae pectora , sicut vacua vascula , multum crepitant , & sono retinunt .*

Et ut validè ad rem nostram Quintilianus (b) sive ut alii malunt , Cornelius Tacitus (c) , in Dialogo de claris oratoribus , dixit : *Quid opus est longis in Senatu sententis , cum optimi citio consentiant ? Quid multis apud Populum concionibus ; cum de Republica non imperiti , & multi deliberent , sed sapientissimus & unius .*

32 Quod planè cum semper , tum maximè à Consiliariis obserbari debebit , ubi coram Principibus adscident , & perorant , quibus certum est , ut bene Joannes Arboreus (e) animadvertisit : *Lingua parcimoniam summopere placere , loquacitatem vehementius displicere , & ut verba voluntaria detractis pennis intra sepimentum cobibeantur , ac demum oratio non in ore , sed in pectore nascatur .*

33 Cum eo tamen salis , (ut dicitur) grano , nisi causæ gravitas longiore orationem exceptulet , tunc enim , Agellio (d) , & Budao (e) testantibus , permisum Senatoribus fuit , liberè ac latè , quid ex animi sui sententia factu optimum ducerent , perotare . Et ut cum Plinio Juniore (f) loquar : *Non minus non servat modum , qui infra rem , quam qui supra : qui adstrictus , quam qui effusus dixit .* Et prævaricatio est transire dicenda , prævaricatio etiam cursum & leviter attingere , quæ sint in culcanda , infingenda , repetenda : nam plerisque longiore tractatu vis quedam & pondus accedit ; utque corpori ferrum , sic oratio animo , non ictu magis , quam mora imprimitur .

34 Nos igitur , cum Quintiliano (g) , brevitatem in eo ponimus , non ut minus , sed ne plus dicatur , quam oportet : & in optimo Consiliario , ut & in optimo Scriptore , juxta eudem Plinium Juniorem (h) : *Primum officium esse existimamus , ut titulum suum legit , & identidem interroget se , quid cuperit scribere , sciatque , si materia immoratur , non esse longum longissimum , si aliquid accersit , atque attrahit .* Quem locum premeret , seu potius exprimeret magis videtur Divus isidorus Pelusiota (i) , sic inquiens : *Vera brevitas cum perspicuitate conjuncta , non in argumentorum prætermissione , sed in earum rerum , quæ ad institutam materiam nihil opis conferunt , rejectione , sita est : Ut enim èd ; quid ab orationis arguento aliena sunt posse , supervacuum est : ita etiam eorum , quæ ad ipsius confirmationem aliquid momenti afferunt , nihil omittere necesse est .* Quo circa , netu quoque si in pugnacem , atque argumentatricem oracionem incidas , prolisitatem accuses : verum illud cogita , non aliter id , quod quereretur , perspicue declarare potuisse , nisi longo verborum ambitu uteretur .

35 Ex quibus omnibus satis probatum relinquitur , Consiliariorum in suis sententiis varietate , aut etiam contrarietate , non perverti Rempublicam , sed juvati , dum pari omnes studio , atque animo ad illius communem bonum citra fraudem , & damnatam perniciosaque emulacionem intendant . Quod etiam ipsum contingere , consequitur solete , Pollici (k) tradunt , dum ad consilium juventus cum senibus , flegmatici cum colericis , animosi & præcipites cum cautis , & cunctatoribus commiscentur : nam pariter ex ejusmodi mixtura salutaria consilia in utilitatem corporis totius Reipublicæ sapè resultant , dum alii aliorum ardorem cohibent , vel frigiditatem tepefaciunt , sicut & in humano videmus contingere , cuius perfecta salus ex contrariis etiam humoribus constat . Alii namque alios temperant , & ex disidentibus extremis in medium coit , quod solet in rebus omnibus tutissimum esse .

36 Quam eam sententiam Florentius Schoonhovius (l) , de picto Horologio , cuius perfecta gubernatio ex rotis in contrarium tendentibus provenit , sic inquit :

Ut orbium diversus in contraria

Nisus , coerces fervidum motu rotæ

Sic & senecte provisus cunctatio

Calidos juventus feniens ausus , & regit .

Ildicio Princeps eligat sibi senes

Ad

(y) Proverb. 14.

(f) Plin. Jun. lib. 1. epist. 20. ad Corn. Tacit.

(z) Lips. insti. epistol. cap. 7.

(a) Pineda in Eccles. ubi sup. pag. 1008.

(b) Quintil. vel Tacit. in Dialog. de claris Orator. c. 41.

(c) Joan. Arboreus relatus à Delrio in Adag. sac. tom. 2. pag. 245.

(d) Agell. lib. 4. cap. 10.

(e) Scobonh. Emb. 7. pag. 22.

(g) Quintil. lib. 4. cap. 2.

(h) Plin. Jun. lib. 5. epist. 6.

(i) Pelusiot. lib. 2. epist. 57. ex traduzione Jacob. Bili.

(k) Marquez lib. 1. cap. 5. §. 2. pag. 26. Saaved. emp.

(l) Scobonh. Emb. 7. pag. 22.

(m) Budæus in annos. ad l. fin. D. de Senator.

Ad consilendum; juvētis comparat

Ad exequendum jussa rūdēntium senum;

37 Absit autem, ut plures juvenes négotis grāibus, tam bellīcīs, quām civilibus admisceamus; nam præcox eorum etas, præcoccia quoque, & minus salutaria consilia proferre, probareque solet, quæ quantum damni semper attulint, latè pluribus exemplis Philippus Camerarius (m), & alii demonstrant; & vel solus Rosamī casus ostendit, qui quoniam juvenum consilium sequutus ut *Sacra Pagina* (n) narrat populum tributis levare noluit; sed in tyrannicam illam vocem prorupit: *Meorum dīgorum minimus, crassior est, quām patris mei mediū corporis trūcūs: si pater scuticis in vos anīadvertis, ego scorpionibus in vos animadvertis.* Regno exutus miserè periret.

38 Est quippe etas, ut *Plautus* ait, condimentum sapientiae, & juxta Plinium Juniorem (o): *Sola est senectūs prudentia.* Unde Romani, ut *Valerius Maximus* (p) inquit, juvenum manu, senum autem consilio, imperium suum ad altissimum Majestatis fastigium evexerunt. Quod & Ovidius (q), probans, hac ex causa Senatus, & Seatorum nomen ortum fuisse, his verbis scribit:

*Magna fuit quondam capitū eruentia cani,
Inque suo pretio ruga senis erat.
Martis epus juvenes animosque bella gerabant,
Et pro diis aderant in stāone suis.
Viribus illa minor, nec habentis utilis armis,
Consilio Patriæ sāpē ferebū open.
Nec nisi post annos patiū tacitū seros,
Nomen & etatis mite Seatus habet:
Iurā dabat populo senior, fitaque certis
Legibus est etas, wide pettur honor.*

39 Quem anteivit Cicero (r) inquiens consilium, & rationem in ejusmodi congressibus desiderari: *Quæ nisi essent in senibus, non sumnum Consilium, majorēs nostri appellasset Senatum, & statim illud ex Navii Ludo subjiciens; Cedo qui vestro Rempublicam tantam amissitis tam citius Proventabant Oratores novi, stulti, adolescentuli. Cuiconsonans Sallustius* (s) *: Deleli* (inquit) *quibus corpus amīs infirmum, ingenium sapientia vallum erat, Reipublicae consultebant, bi vel etate, vel curse similitudine, Patres appellabantur.*

40 Et pluribus omissis, quæ circa hanc rem à *Miniancam* (t), Menochio (u), & aliis (x) latè tradita sunt, illud ex Cassiodoro (y) addere licet: juvenes senibus mixtos, senes in Senatus esse debere, & senum mores, ut illis benè consoent, sumere. Ejus verba sunt hæc: *Quid sit maturitatis, quid prudentiae in ordinis ipsius aestuatione cognoscis, cuius primæva germina, mox cum adoleverint, Patres vocantur. Adolescentia tamen incobat à maturitate consilii: tractant Juvenes omnium modestia senum: ubi morum pondus infīcē permittitur, quod via alibi cana etate generatur.*

41 Porrò, licet interīm dūm de rebus ad Consilium Senatum vē deductis, confertur, vel deliberatur; utilis, ut diximus, & laudabilis sit opionum in suffragando diversitas, ubi tamē calatis, quod ajunt, Comitiis, de negotio tractūctum fuerit, jam non amplius suffragari, nec refragari licet, sed potius ab omnibus humer uno, eorum executio & observatio curanda erit, quod à majori fuerit parte, licet non uo ore, deliberatum, ut graviter Plinius Junior (z) admonuit, Senatum Romanum hac in partē *Mirificum* appellans, quod in cūjusdam Varenī causa, hi etiam Senatores, qui contra eum sererant, pro eo consuerunt, sic inquiens: *Senatus ipse mirificus; nam illi quoque, qui prius negarunt Varenū, que petebat, eadem danda, postquam erant data, censuerunt. Singulos enim integræ dissentire fas esse; peracta, quod pluribus placisset, cunctis tuendum.*

42 Quo vetus illa judiciorum formula (a) pertinet: *Actum est, vel Actum agere;* qua, res semel jam tractatas, & decissas, retractare vetamur. *I* nobilis Regni nostri lex (b) quædam, quæ

(m) Camerar. cent. 3. cap. 23. § 24.

(n) Reg. 3. 12.

(o) Plin. Jun. lib. 3. epist. 1.

(p) Valer. Maxim.

(q) Ovid. lib. 5. Fast.

(r) Cicer. in Caton. major. sive de senect. cap. 6.

(s) Sallust. in Catil.

(t) Simanc. de Repub. lib. 7. cap. 7. & 8.

(u) Menoch. de arbit. cas. 540.

(x) Mastriili. de Magist. lib. 2. cap. 5. Marquez lib. 1.

cap. 5 Bobad. lib. 1. cap. 7. Brantius de Senat. lib. 1.

cap. 2. Narbona de aiutib. hom. ex pag. 337. Langlej. bonorum num. 356.

(y) Cassiod. lib. 9. epist. 13.

(z) Plin. Jun. lib. 6. epist. 13.

(a) Erasm. in his Adag. pag. 165. § 327. Brisson. de formis pag. 484.

(b) L. 41. tit. 5. lib. 2. Recop.

jubet, ut sententiis à majori Senatorum parte prolatis, ceteri se quoque subscrivant, qui in contraria fuerunt propter rationes ibidem expressa, de quarum stylo, & praxi latè Paleotus (c), & alii (d) tractarunt.

43 Alioqui (ut qua solet prudentia Tacitus (e) inquit): *Si ubi jubeantur, singulis querere licet, pereunte obsequio, etiam Imperium intercidit.* Quod Agellius (f) etiam his verbis edocuit: *Corrumperit atque dissolvitur omne officium imperandi, si quis ad id, quod facere jussus est, non obsequio debito, sed consilio non considerato respondeat.* Cum quibus consonat Symmachus Papæ (g) repetita locutio: *Quos obsequendi necessitas manet, non autoritas imperandi, aut consilendi.* Et Cassiodori (h) *Deliberationis nostræ consilium, virorum prudentium requirit obsequium: ut utilitas publicæ ratio, sapientium ministerio compleatur.*

44 Non tamen negaverim, ejusmodi in casibus, prudenter facturum Principem, qui executionem rei deliberat, illis potius, quām aliis commiserit, qui pro ea consuluerunt, cum ceteris paribus, sperare possit, promptius & alacrius hos illam curatuos, vel ex eo, quod præter publicam utilitatem, suffragium suum felici exitu comprobari desiderent: *Sue enim quisque inventioni favet, ut Plinius Junior* (i) *dixit.* Et quemadmodum nulla res est facilis, quam invitus facias, aut invita Minerva, & juxta sententiam Seneca (k): *Malè coatta ingenia respondem: ita ex adverso, hilarius capessimus, & facilius, ac promptius exequimur, quod voto, ac dictaminī nostro cohæret.* Quam sententiam novissimè Saavedra (l) noster his verbis exposuit: *Es mihi necesario, que los que han de executar las órdenes, las aprueben. Porque quien las contradise, ò no las juzgó por convenientes, ò balló dificultad en ellas, ni se aplicará como conviene, ni se le dará mucho que se yeren. El Ministro que las aconsejó, será mejor executor, porque tiene empeñada su reputación en el acierto.*

45 Denique, hucusdictis addendum censeo, quod ut concedamus aliquo casu, vel respectu, Principibus utile, vel expediens esse posse, Consiliarios, vel alios, qui ei deseruent Ministros, sibi invicem æmulantes, vel adversantes habere; namquam tamen ullatenus expedire, ut vel iidem sibi eosdem suspectos habeant, vel ab aliis, nisi ex bene fundatis rationibus, atque indicis, in suspicionem deduci permittant, ut passim multi graves Auctores (l) animadvertis. Namque etsi non negem, nimiam confidentiam periculosa esse solere, æquè, aut magis nocivum, & periculosum erit, si Princeps de nullis confidat, cum multorum auxiliis, consilii, & manibus egeat, quorum animos, vel ob hanc suspicionem à se alienores efficiet, ut rectè Joannes Mariana (n), hoc vitium in Rego Ferdinando Legionensi notans, his verbis ostendit: *Ferdinandus aliorum criminationibus aures accommodando, Procerum studia alienavit, natura suspiciosus, qui morbus, nisi ratione coercetur, in pernicie vertitur.*

46 Unde elegantissime & prudentissime Cassiodorus (o) Principem laudat, qui facile nihil sequius de suis Ministris præsumit, & eosdem, vel ex hac confidentia, ad fidelius obsequium, & ministerium impellit. *Nulle vos* (inquit) *ineptæ suspiciones, nulla timoris umbra deterreat. Habetis Principem, qui pietatis studio, optet in vobis inventore quod diligit.* Quod etiam prius ex Theophrastro monuit Seneca (p), inquiens: *Ante amitiam judicandum esse; post amitiam credendum. Malè faciunt, qui charissimorum conscientiam reformidant: cautum te velim, suspicionem nolim: nam multi fallere docerunt, dum timent falli, & alitis ius peccandi suspicando fecerunt. Et qui plura alia circa hunc articulum velit, poterit Saavedram Nostrum (q), de eo luculenter agentem, & plura exempla cumulantem, adire; Nobis, hæc ab illo prætermissa, tetigisse sufficiat.*

EM-
Nn

(c) Paleot. de sacr. Constit. 5. part. quæst. 9. vers. pag. 151.
Hic igitur.

(d) Franc. Marc. Rovitus, & alii apud Me in Polit. lib. 5. cap. 8. pag. 820.

(e) Tacit. lib. 1. hist.

(f) Agell. lib. 1. cap. 13.

(g) Capit. bene quidem 96. dist. cap. non placuit 16. quæst. 7.

(h) Cassiod. lib. 2. epist. 6.

(i) Plin. lib. 1. epist. 20.

(k) Senec. apud Erasm. in Vita Minervæ.

(l) Saaved. Empres. 64. in fin. pag. 487.

(m) Joan. And. in dist. cap. nouit. Ponte de posse. Proreg. tit. de delegat. num. 18. ubi allegat Avendañi. & alios, & in tract. de abund. civit. §. 1. num. 24. Rebuffi in tract. de evocat. caus. quæst. 6. num. 37.

(n) Mariana de rebus Hisp. lib. 11. cap. 5.

(o) Cassiodor. lib. 10. epist. 14.

(p) Senec. epist. 3.

(q) Saaved. Empres. 51. ex pag. 364. ad 373.